naturae· quod non fortuitu sed prudenter agit. Ideo
inquit omnis nobis quae natura videri qui sumus sub lege
nati· quae magisterio ipsius· etiam corporaliter imbu
ti· omnia divinae virtutis suae secreta reseravit·
Ideo nobis suis videlicet discipulis· maxima et pre
ciosa spiritus sui sancti promissa donavit· ut per haec etiam
vos quoque degentibus estis· qui eum corporaliter videre
nequistis· divinae suae naturae· donaret esse par
ticipes· Potest ita dictum accipi· gratia vobis et pax
in eo adimpleatur· ut sic cognoscatis dominum nostrum
iesum christum· etiam vos sic nobis pollicitum omnia divinae
virtutis suae promissa vel munera quae ad vitam
et pietatem ducunt donata sunt. Ut sic nos promissa
ab illo dona vel accepimus vel accepturos nos esse
sine ulla dubietate confidimus· ita etiam vos cre
dentes· de donis eius existatis indubitanter fugientes